HIERONYMUS
Salzburg, Ende 11. Jh.
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26080
Copyright: Admont, Benediktinerstift



s. quia glam non habe. et oms pane et aqua uiuimus. quasi publicum et
comune ieiunium non putatur. Caue ne hominum rumusculos aucuperis.
ne inoffensam dei pplorum laudem commutes. Si adhuc inquit apostolus homi
nibus placerem. xpi seruus non essem. Desiuit placere hominibus. et seruus
factus est xpi. Per bonam et malam famam a dextris et a sinistris xpi miles gra
ditur. nec laude extollitur. nec uituperatione frangitur. non diuitiis tu
met. non contrahitur pauptate. et leta contempnit et tristia. Per diem sol non
uret eum. neque luna per noctem. Nolo te orare in angulis platearum. ne
rectum iter precum tuarum frangat aura popularis. Nolo te dilatare
fimbrias. et ostentui habere philacteria. et conscientia repugnante. pha
risaica ambitione circumdari. Hinc dependet euangelium inde crux et pro
phete. Fidelis mecum lector intellegis quid taceam. et quid magis tacendo loquar.
tot tegule quot species glarum. Quanto melius erat hec non incorpore.
sed in corde gestare. et dnm habere fautorem. non aspectus hominum. Cis
scire quales dns ornatus querat. habeto iusticiam. prudentiam. temperantiam.
fortitudinem. his celi plagis includere. hec te quadriga uelut auriga
xpi ad metam concitum ferat. Nihil hoc monili pretiosius. nihil hac gemmarum
uarietate distinctius. Ex omni parte decoraris. cingeris. atque protegeris. et
ornamento tibi fit et munimini. et tutamine. gemme uertuntur in scuta.
Caue quoque ne aut linguam. aut aures habeas prurientes. id ne aut ipse a
liis detrahas. aut alios audias detrahentes. Sedens inquit aduersus fratrem
tuum detrahebas. et aduersus filium matris tue ponebas scandalum. Et cetera.
Parce detractioni lingue. custodi sermones tuos. et scito quia cuncta. que
de aliis loqueris tua sententia iudicaueris. et in his ipse deprehendendus
eris. que in aliis arguebas. Neque uero illa iusta est excusatio. referentibus
aliis iniuriam facere non possum. Nemo inuito auditori libenter refert. Sa